





AD IVSTA MATRONAE  
PRVDENTISSIMAE OMNIBVSQVE VIRTU-  
TIBVS CVMVLATISSIMAE

ELEONORAE  
MICHAELIAE

EX  
CLARISSIMA GENTE KUPIZIA  
PROGNATAE

VIRI  
MAXIME REVERENDI ATOVE ERVDITIO-  
NIS SINGULARIS GLORIA EXCELLENTISSIMI

IOANNIS HENRICI  
MICHAELIS

S.S. THEOLOGIAE ET LINGVARVM ORI-  
ENTALIVM PROFESSORIS ORDINARII  
VXORIS LONGE SANCTISSIMAE

DIE I NOVEMBRIS HONESTO RITV PERSOLVENDA  
CIVES QVOSCVNQVE OFFICIOSE INVITAT

FRIDERICIANAE PRORECTOR  
IOANNES SAMVEL STRYKIVS ICT.

SERENISSIMAE SAXO-ISENACENSIS PRINCIPIS CON-  
SILIARIVS AVLICVS IVRIVM PROFESS. ORD.

HALAE MAGDEBVRGICAE  
CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.





Xorem dignitatis, non voluptatis nomen esse Ælius Verus apud Spartianum adfirmat. Pellex, amica & quæ sunt eius generis feminæ, sicuti ob alium finem queruntur; ita ab iis, qui animi perturbationibus agitantur, facile etiam fastidiuntur. Veri etenim amoris firmamentum ac robur honestas, seu virtus est. In virtute autem hæc omnia insunt: prudentia, castitas, mansuetudo, animi moderatio, tranquillitas, morumque suauissimorum quæuis sanctimonia. At, qui ab hoc mentis statu detorti conjugem sibi non dignitatis, sed quæstus, aut illecebræ causâ adiscunt, illi viui videntesque multis sese difficultatibus implicant, implicati que inter perpetuas iniurias, suspiciones, lites, ac tædia denique morte grauiora contabescunt. Et tum igitur mulierem *θησαυρός των ναυών* appellant & consilii infirmitatem eidem attribuunt, garrulitatis vitio onerant, intemperantiæ labem affricant; ac, nescio, quibus accusationibus famam vxorum labefactant. Quod si tales feminas circumspicerent homines, qualis ELEONORA MICHÆLIA fuit, forte cessarent tot præsentium ac præteritorum dolorum conquestiones; forte nemo fortunam lamentaretur suas, nec, nisi obitum dulcissimæ sociæ lacrymis vbertim manantibus desleret. Quod, vt clare cognoscatur, pauca ex multis selecta exponemus, ne femina adeo spectata, totque virtutibus præfulgens ad tumulum illaudata descendat. Et nata est ILLA ex præclarissimæ stirpis furculo anno a Christo nato *ϞϞϞϞϞϞϞϞϞϞ* III Idus Februarias Parentibus SEVERINO KYPIZIO, vrbis Sorauiensis Prætoze optimo, simul ac medicamentariæ artis peritissimo, Matre ELISABETHA FUCHSIA Polonienfi Hungara, multis animi dotibus conspicua. Fausta certe dies, qua sequiori sexui tam præclarum iubar affulsit, vt cuius lucem tam parentes, quam maritus, quid? quod boni, bonæque omnes non sine lætitiæ sensu adspexerunt. Hæc igitur in præcoci adhuc ætatura, cum nondum e primis annis emerfisset, mirabilia probitatis, & ingenii ad omnia apti specimina dedit. Precibus enim Deo exorando congruis ab infantili tempore adsueta, sanctisque religionis mysteriis addicta non solum domesticis exemplar præ-  
buit;



buit; verum etiam, cum rem familiarem MATRIS ductu adtigisset, senilem maturitatem, & acta prudentiæ consummata ostendit. Atque ita vero accidit, vt nufquam melius res structa eslet domi, quam apud KVPIZIVM, cuius FILIA apparabat omnia, ac penori & cellæ expedite prospiciens ex ordine cuncta, & distribute gerebat; MATRE interea cum imbecillitate decumbente, curasque omnes in ELEONORAM transmittente. Quæ indoles virginali modestia comitata effecisse tandem videtur, vt vir reuerendus IOANNES GEORGIUS BOESENIVS ecclesiæ Sorauiensis *didaxos* vitæ castitate sanctissimam EAM nuptiis sibi adiungendam decenter peteret, petitamque obtineret. In hoc coniugio maritum NOSTRA adeo blande tractauit, eumque variis calamitatibus pressum tam commoda morum & sermonis elegantia refecit, vt quid esset coniux, probitate, fide, ac pia in maritum beneuolentia ardens, perspicue cognosceret. Quare prætereundum non est, BOESENIVM ex ea binos liberos suscepisse, de quibus filia BARBARA ELISABETHA ex hac vita discedens MATRI viam præiuit; filius autem IOANNES in ludo litterario, qui in cœnobio Bergensi aperitur, ad bonas artes omnesque ingenuas litteras industria non spernenda contendit. Interea supremo Numini placuit, vt ELEONORA in viduitate ac solitudine inque lamentis luctuque aliquantisper iaceret, MARITO a. CIOIOCCXIX ex his terris ad meliorem vitam translato. Ad quod anno subsequente nouus molestiarum cumulus accessit. Sorauia enim, quæ NOSTRAE patria est, fatali incendio maximam partem non solum conflagrauit; verum etiam PATRIS senio confecti ædes vna cum propriis noue extructis iisdem flammis sunt consumptæ, ita vt nihil residuum esset, quod arcæ posthac continerent. Ergo ad RICHTERIAM, viduam multis animi dotibus ornata, confugit, cuius domus, nescio, qua medela sollertiaque defensa est, vt ne correpta atque insinuata ignibus arderet tota. Cum hac aliquandiu tranquillissime vixit, donec PATER spiritum cœlo, nature debitum reddidisset. Et tum vero ILLA filium vnicum, quem HEINZIO Pastori Tribelensium bene merentissimo antea commendauerat, a CIOIOCCV ad Glauchenfem scholam bono omine traduxit, vt ibidem litteris optimisque moribus imbutus adoleret. Quo, cum RICHTERIA quoque cum familia contenderet, simul-

ac filius morbo afflictus matris auxilio indigeret; factum est, vt DEFUNCTA  
ibidem diutius subsisteret, animo ad probitatem prorsus composito, in qua  
diuina proficere virtute allaborabat. Anno inter præclarissima pietatis exer-  
citiâ exacto, ad patrios tandem remeare focos constituit, collectisque  
sarcinulis serio decreuit. Sed accidit, diuina prouidentia sic displicente,  
vt Vir maxime reuerendus, ac singularis doctrinæ fama celeberrimus M.  
IOANNES HENRICVS MICHAELIS S.S. Theologiae, & linguarum orientalium  
Professor ordinarius, COLLEGA nobis coniunctissimus purissimi amoris  
igniculos conciperet, atque hanc sibi VIDVAM prudentia virili pollentem, pie-  
tate præstantem, optimisque moribus conspicuam VXOREM exposceret.  
Cuius petitis, non dissuadentibus amicis, ILLA tandem placide adensit, at-  
que a. CIO DCCVI ipsi Idbus Iuniis in sponsi manus conuenit. Dicit vix  
potest, quanta pietate, charitate, & honestate ILLA ætatem cum nouo MA-  
RITO transegerit, quantisque gratiarum actionibus DEI beneficium prædi-  
cauerit, qui a perennibus ærumnis respirantem in portum omni periculo  
exemptum deuexerit. Atque ita vero non multo post castissima BIVIRA  
puerulum enixa MICHAELEM nostrum a. CIO DCC VII XII Kalendas Decem-  
breis patrem fecit, quamquam is iterum post paucos dies elapsos immat-  
ura morte exspirauit; quemadmodum & alter, quem felici partu a. CIO-  
DCCIX V Idus Ianuarias emisit, mensem vix attigit. De cetero, quum E-  
LEONORAE animum intimis nemo noverit, quam MARITVS, Vir amplis-  
simus, iccirco huius inprimis fide adseueramus, eam æqui amantissimam,  
animi magnitudine eminentem, moderatione incomparabilem, liberalitate  
in egenos insignem, incredibilem in res diuinas ardore inflammatam, atque  
omni denique virtutum familia exstitisse fulgentissimam. Et ipse enim hanc  
tori sui SOCIAM in cœlestibus instituit; ipse frequentissimis eiusdem colloquiis  
fese recreauit; interdum solatiis exerxit; nonnunquam ad æternitatem ad-  
spirantem confirmatiorem reddidit. Quod sicuti ILLA, quum adhuc bo-  
na valetudine vteretur, sæpe admisit et fecit; ita ingruente morborum for-  
midine nihil de sanctissimo hoc desiderio remisit. Duo enim, & quod ex-  
currit, menses præteriuerunt, cum commotiunculas, quibus afficiebatur, in o-  
men mortis præcocs acciperet, ac de illa cum viro, aliisque familiaribus sermones com-  
municaret. Sed, quia mentē semper integra erat, plures dies morbo latenti restitit, et-  
iam inter molestias hilara, donec IX Kalendas Nouembreis grauescenti valetudini ce-  
dens lecto sese dederet. Noctū enim tantam vim sanguinis effudit, vt, conuulso pe-  
dore, spiritum cruore mistum euomere timeretur. Igitur summo mane AUGUSTUS  
HERMANNUS FRANCKIUS vocatus est, qui ægotantem Christi corpore & sanguine re-  
fectam omnibus pietatis ac charitatis officiis ad æterna incitaret. Ex quo hæbat, vt  
ingenti alacritate et fiducia incensa, ac de sua salute sollicita in intimis animi visceri-  
bus IESVM habere conditum videretur. In quo statu vsque ad extremum vite halitum  
permanit. Nam etiam primus ciuitatis nostræ Medicus saluberrima medicamenta venis  
insuderat, & primum animum, deinde corpus quoque præter expectationem vigorem  
recuperauerat; tamen noua ægri tudinis accessio, quam miliariam Machaones purpu-  
ram vocant, animam ad prima labia pepulit, quoad inter varios rhythmos, & distanti-  
um preces, lacrymalque, post venti vehementioris fragores, a corporis compage placi-  
de sancta in cœlum IV. Kalendas Nouembreis euolaret. Ea ratione ELEONORA  
MICHAELIA ad Deum immortalē ascendit, quæ Spiritus sancti aura repleta tam  
suaves pietatis ac iustitiæ fructus emisit. Nihil tuis ex ore exibat, nisi accuratum &  
prudens: nihil nisi limatum, atque ex sanctissima disciplina profectum: nullum, qui  
cum illa vna erant, factum cognoscunt, quod magnopere reprehenderent: nullum, quod  
muliebris imbecillitatis exemplo defenderent. Quapropter fas est, ACADEMIÆ CIVES,  
vt FEMINAM rerum gestarum gloria clarissimam ad sepulcrum frequentes comitemini.  
Ad hoc vos officium cohortamur: id ea, qua par est, humanitate rogamus. Hanc MVLTIE-  
REM ætas nostra suspexit & admirata est: hæc dignitatis non interitura nomen ostendit,  
hæc omne denique decus, quod aliæ in inanibus ac voluptate quærunt, in spiritu ac veri-  
tate constitit. P. P. Halæ Magdeburgicæ ipsi Kalendis Nouembris CIO DCCXI.

2°

Gb 956,

ULB Halle  
001 594 751



3

St 12

Walter Becker  
Buchbinderei  
Halle, Thüringer Str. 24

WONA







AD IVSTA MATRONAE  
PRVDENTISSIMAE OMNIBVSQVE VIRTU-  
TIBVS CVMVLATISSIMAE

PHONORAE  
HAELIAE

EX  
IA GENTE KVPIZIA  
PROGNATAE

VIRI  
RENDI ATOVE ERVDITIO-  
NIS GLORIA EXCELLENTISSIMI

NIS HENRICI  
CHAE LIS

AE ET LINGVARVM ORI-  
PROFESSORIS ORDINARII  
LONGE SANCTISSIMAE

IS HONESTO RITV PERSOLVENDA  
SCVNQVE OFFICIOSE INVITAT  
CIANAE PRORECTOR

AMVEL STRYKIVS ICT.  
XO-ISENACENSIS PRINCIPIS CON-  
VLICVS IVRIVM PROFESS. ORD.

AE MAGDEBVRGICAE  
TIANI HENCKELII Acad. Typogt.

